Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9146
Copyright: Melk, Benediktinerstift



manu sacerdotis accepit. Quo comesto. caruit
fastidio et desiderio uictualium congrue percepto.
benedicens dño et merita sci galli miratus. sanus
cum gaudio ad propria remeauit. xxxi.

Pauperculus quidam propter homicidii reatum circu
lis ferreis tam in collo quam in utroque constrictus
brachio. quam grauibus cotidie supplicius afficeretur.
per sulcos quos ferrum carnibus eius inflixerat uiden
tibus fidem fecit. Qui cum multa scorum loca pro eiusdem
cruciatus remedio. et admissi sceleris abolicione
lustrasset. diuina tandem miseratione respectus.
nexus quibus in collo uel uno brachio stringebatur
amittere meruit. Et cum forte in uicinia cenobii
sci galli uenisset. per uisionem ei sic referre solitus
erat preceptum est ut sci uiri patrocinia querens mo
nasterium adiret. pariterque indicatum quod ibidem cir
culum quem uno ad huc ferebat in brachio amissurus.
et optate gratiam sanitatis esset adepturus. At ille
desiderio promisse salutis ardescens. ut potest qui tan
to tenebatur cruciatu. ut totum iam brachium ferro
immerso in tumorem esset conuersum. iter ad monaste
rium maturauit. Cumque nocturnis ibidem uigilus inter
esset. alto sopore depressus. senem assistere uidit
canicie uenerandum. casula indutum. sibique dicentem.
Quid tu o homo ceteris laudem dño celebrantibus. som
ni torpore deprimeris. Cuius presentia perterritus cum